



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum Deus dicatur pmnipotens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

Q V A E S T . I I I A D E I P O T E N T I E I , A R T I C U L U M . V

**A**d nō nūm dicendum, quòd dicit Deus possit multa bona facere, quæ nō facit: non tamē omittit: quia nō debet illa facere, quod requiriatur ad rationem omnipotētis.

¶ Et similiiter dicendum est ad decimum: nam nō est reus peccati, qui peccatum non impedit: nisi quando impidre debet.

**A**p x, dicendum, q̄ verbū Amos intelligitur de malo pñn. Quod autem dicitur Sapienti. i. Deus mortem non fecit, intelligitur quantum ad ipsam causam mortis, quæ est meritum culpe, vel quantum ad primam natura institutionem, qua fecit hominem suō modo immortalem.

Vtrum Deus sit omnipotens.

**S**ep̄mo queritur, quare Deus dicatur omnipotens. Et videtur, quod dicatur omnipotens, quia simpliciter omnia possit. Sicut enim Deus dicitur omnipotens, ita dicitur omni sciens: sed dicitur omnipotens, quia simpliciter omnia scit. ergo & omnipotens dicitur, quia simpliciter omnia potest.

¶ Pr̄. Si nō ideo dicatur omnipotens, quia simpliciter omnia possit, tunc h̄c distributio importata, non est absoluta, sed accommodata. Talis autē distributio nō est vniuersalis, sed determinat ad aliquid. ergo diuina potentia est ad aliquid determinata, & non est infinita.

**S**ED CONTRA. Deus non potest facere, sicut dictum est, vt affirmatio, & negatio sint simul vera: nec potest peccare, nec mori. Hec autē includuntur in hac distributione, si absolute sumatur: ergo nō debet absolute sumi, & ita Deus nō potest dici omnipotens, quia omnia possit absolute.

¶ 2. Item videtur, quod dicatur omnipotens, quia potest omnia quæ vult. Dicit enim Aug. in enchir. Non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quia quicquid vult, potest.

**S**ED CONTRA, beati possunt quicquid volunt, alter voluntas eorum non est perfecta: nō tamen dicitur omnipotētis: ergo hoc nō sufficit ad rationem omnipotētis, q̄ Deus possit quicquid vult.

¶ 2. Pr̄. Voluntas sapientis nō est de impossibiliis: unde nullus sapiens vult, nisi quod potest, nec n̄ quilibet sapiens est omnipotens: ergo idē quod prius.

¶ 3. Item videtur, q̄ dicatur omnipotens, quia possit omnia possibilia. Dicitur enim omni sciens, quia scit omnia scibilia ergo par ratione dicitur omnipotens, quia potest omnia possibilia.

**S**ED CONTRA. si dicitur omnipotens, quia potest omnia possibilia, aut hoc est, quia potest omnia possibilia scibi, aut quia potest omnia possibilia naturæ. Si quia potest omnia possibilia naturæ, tunc eius omnipotētia naturæ potētiam non excedit, quod est absurdum: si vero quia potest omnia possibilia scibi, tunc pari ratione quilibet dicitur omnipotens, quia quilibet potest omnia possibilia scibi.

¶ 2. Et pr̄terea est ibi quædam exppositio per circū locutionem, quæ non est conueniens.

¶ 2. Item queritur quare Deus dicitur omnipotens, & omni sciens, & non omniuolens.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ quidam volentes rōnē omnipotētia assignare, quædam acciperunt, quæ ad rationem omnipotētiae non pertinent, sed magis sunt causa omnipotētiae, vel pertinētia ad perfectionem omnipotētiae, vel pertinētia ad rōnē potētiae, vel ad modum habendi potētiae. Qui-

dami enim dixerunt, q̄ ideo Deus est omnipotēs, quia habet potētiam infinitam. Qui non dicunt rationē omnipotētiae, sed causam, sicut anima rōna lis est causa hominis, sed nō est eius diffinitio. Qui

damvero ideo dixerūt Deum omnipotētē, quia non potest aliquid pati: nec potest deficere; nec aliquid potest in ipsum, & alia huiusmodi, quæ ad perfectionem potētiae pertinent. Quidam et dixerūt, quod ideo dicitur omnipotēs, quia potest quicquid vult, & hoc habet se & per se, quod pertinet ad modum habendi potētiam. Hęc autē rationes omnes ideo sunt insufficietes, quia per̄mitunt rationes operationum ad obiecta, quas implicat omnipotētia. Et

**A**ideo dicendum est, q̄ accipienda est aliqua trium viarum, quæ tactæ sunt in obiectendo, & dicunt comparationē ad obiecta. Dicendum ergo est, q̄ sicut supra dictum est, potētia Dei, quantū est de se, ad oīa illa obiecta se extendit, que contradictionē non implicant.

Nec t̄stantia de illis est, quæ defectū important, vel corporalem motum, quia possit ea, Deo est non posse. Ea vero, que contradictionē implicant, Deus non potest, quæ quidem sunt impossibilia sibi. Relinquit ergo, q̄ Dei potētia ad ea se extenderat, quæ sunt impossibilia sibi. Hęc autē sunt, que contradictionē non implicant. Constat ergo, q̄ Deus ideo dicitur omnipotens, quia potest omnia, quæ sunt possibilia secundum se.

**A**d PRIMVM ergo dicendum, q̄ Deus dicitur omnipotens, quia scit omnia scibilia: falsa autē, quæ non sunt scibilia, nescit. Impossibilia autem secundum se comparantur ad potētiam, sicut falsa ad scientiam.

**A**d SECUNDVM dicendum, q̄ ratio illa procederet, si distributio terminaretur infra genus possibilium: hoc modo, q̄ non se extenderet ad oīa possibilia.

Ad illud, quod queritur de alia rōne omnipotētiae, dicendum, q̄ potest quicquid vult facere, nō est sufficiens ratio omnipotētiae, sed est sufficiens si gōnum omnipotētiae. Et sic intelligendum est verbū Aug. Ad illud quod arguitur de tertia rōne dicendum, q̄ Deus dicitur omnipotens, quia potest omnia possibilia absoolute, & ideo obiectio nō recte procedit de possibilibus Deo, vel nature. Ad illud, quod ultimo queritur, dicendum, quod in his, quæ aguntur per voluntatem, vt dicitur. Metaph. potētia & scientia determinantur ad opus per voluntatem, & ideo scientia & potētia in Deo quāsi non determinata, uniuersaliter pronuntiantur, ut cū dicitur omnipotens, vel omnipotens: sed noluntas qua determinat, nō potest esse omnium, sed corum tātum ad quę potētiam, & scientiam determinant. Et ideo Deus non potest dici omniuolens.

Q V A E S T I O II.

De potentia generativa in diuinis.

Et habet sex articulos.

¶ Primū enim queritur, Vtrum in diuinis sit generativa potētia.

¶ Secundū, Vtrum potentia generativa in diuinis dicatur essentialiter, vel notionaliter.

¶ Tertiū, Vtrum potentia generativa in actu generationis procedat per imperium voluntatis.

¶ Quartū, Vtrum in diuinis possint esse plures filii.

¶ Quintū, Vtrum potentia generandi sub omnipotētia comprehendatur.

¶ Sextū, Vtrum potentia generandi, & potentia creandi sint idem.

ARTI.